Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

tis utuntur. Post- tremo enim parte
funis est qui ad posteriora thau
ri deflue- bat quibus ipsius sancti viri pedes
illigant. acutoque stimulis acrioribus thaurum
de superiori parte capitolii in plana precipitant.
Nec mora inter primos dissensionis ipsius gradus
capite colliso. cerebroque discusso. et corpore omnium
membrorum parte lacerato. dignam deo animam
christus excepit. quem pro nomine suo fideliter dimican
tem suppli- cius furor gentilis extorserat.
suis post victorias aureas coronaret. Exani
me tamen corpus neque obnoxium. iam illius iniurie
usque ad eum locum thauro ferente productum est.
ubi fune disrupto tumulariam eo tempore me
ruit sepulturam. Nam paucis idem temporis christia
nis ipsisque propter furorem gentilium sancti viri cor
pus humare metuentibus. due tantum mulier
cule sexus infirmitatem fidei virtute vin
centes. et viris omnibus forciores. et sui sa
cerdotis exemplo. credo ad tolerantiam pas
sionis armate. beati viri corpus ligneo fe
retro inmissum quam maxime in profundo lo
co coacti condiderunt. ut venerandas
sanctas sibi reliquias non tam sepelire quam abscon
dere viderentur. ne forte sacrilege mentis
homines. si aliquid conditi corporis tumulo.
viderent honoris adhyberi. effossum sta
tim corpus in frustra dispergerent. et eripe
rent etiam ipsam tenuem sepulturam. mansit
aliquamdiu sub vili cespite hominibus quidem
inhonoratum. sed honoratum. a deo martyris corpus
donec sanctus helarius post multitudinem tem
poris in tholosa urbe episcopus ordinatus est. de ante
cessoris sui obitu instructus. et merito ef
fossa. usque ad ipsum sepulchrum ligneum. terra sancta
est veritus reliquias commovere. sed transvolu
tione desuper multo latere diligenter struxit
basilicam etiam parvulam vilibus tignis ad locum
tantum orationibus adiectis. Procedenti dehinc tem
pore cum multorum ad basiliculam ipsam fideliter a
scto recedentium prolatio propter corpus martyris
quiescentium deferrentur exequie. et locus omnis
tumulatorum corporum multitudine fuisset
impletus. sanctus episcopus Silvius episcopatum supra
dicte urbis indeptus. pulchram et spaciosam
basilicam magnis sumptibus venerandis illuc
martyris reliquias parans. ante consummationem cep
ti operis recessit a seculo. Post cuius obitum sanctus

Exuperius in summum sacerdotium coaptatus vir
absque ulla predecessorum atque illorum qui id temporis
ecclesias regere videbantur iniuria aut invi
dia non solum nulli secundus. verum etiam ipsi bea
to martyri virtutum meritis comparandus. basi
licam quam predecessor suus fideliter inchoave
rat. instantissime consummavit. et fideliter
dedicavit. Qui transferre illuc sancti martyris re
liquias non pro sua incredulitate. sed pro ipsius honore
dubitaret admonitus per quietem est. ne infideliter
negligeret. quod fideliter credidisset. nullam fieri
ut de minutione cinerum vel commotione membrorum.
spiritibus quiescentium iniuriam. quia manifesta
res esset. et hoc martyribus proficere ad honorem quod pro
fuisset credentibus ad salutem. Statimque tali vi
sione firmatus religiosis imperatoribus precem de
tulit. ac sine mora ulla quod tam pie popo
scerat. impetravit. ut translatas ad basilicam
omni studio preparatam sancti viri reliquias non tam
temeritas violaret audacia quam avidus vene
rantes coleret obsequia. Quod nunc huic opus
culo super est hoc negligentes omnes intelligant.
audientes causam salutis nostre in fide stare.
neque sine causa dominum evangelica voce dixisse
Credis hoc. Cui cum responsum fuisset credo. ait.
fiat tibi secundum fidem tuam. non quod dominus scrutator
cordis et renum de illius credulitate nesciret.
sed ut de his que de dominicis virtutibus diceren
tur aut de his que nobis tribui posceremus.
non debere nos dubie credere commoneret. Un
de quia ipse salvator de talibus viris dixit.
si feceritis voluntatem meam. iam non dicam vos
servos sed amicos. Et idem sub prophetali voce
testatur dicens. michi autem valde honorati sunt
amici tui deus. et iterum. hii sunt qui venerunt
ex magna tribulatione. et laverunt stolas
suas in sanguine agni. qui secuntur eum. De
quorum beatitudine dictum est plantati in do
mo domini in atriis domus dei nostri florebunt. Et
iterum. Preciosa in conspectu domini. mors sanctorum
eius. Et iterum. Exultabunt sancti in gloria. letabun
tur in cubilibus suis. Et iterum. Hec est gloria omnibus
sanctis eius. quibus non solum credere in christo. sed et
pro christo pati. ac statim post resolutionem cor
porum cum ipso esse donatum est. Amicos ac dilec
tos deo non negligamus ut mortuos. sed hono
remus ut vivos. quia non dubia fide certum
est quod si eorum deum suffragia postulemus. fideliter